

SANCTUS CUMMIANUS.

NOTITIA HISTORICA.

[Fabricius, Biblioth. med. et inf. Latinitatis.]

Cummiānus, sive Cumminus, Longus, nescio an diversus a Cummeo Hiberno, itidem Hibernus abbas sive episcopus, quem aiunt diem obiisse circa an. 664. Ejus epistola de (a) Controversia Paschali ad (b) Segienum, abbatem Huensem, edita ab Usserio in Epistolis Hibernicis, pag. 25-35, Dublin., 1632, 4°; Parisiis 1665, 4°. Ejusdem Pœnitentiale, sive liber de pœnitentiarum Mensura, exstat cum sancti Columbani Pœnitentiali aliisque opusculis, Lovan., 1667, pag. 197, et in Bibliotheca Patrum, tom. XII Edit. Lugdun., pag. 41-48. Hunc librum Cummeo Albo tribuere non dubitat Mabillonius, uui fragmentum ejus ex Codice Pœnitentialis Rabani Mauri biblioth. Sancti

A Galli affert in Analectis, pag. 17, 18, editionis in-folio.

In Ughello de episcopis Bobiens. legitur epitaphium sancto Cummiāno episcopo positum, et a Joanne Magistro scriptum, quod hodie pariter servat tabula marmorea in Bobiensi templo adhuc visenda. In ea vero non Hibernus abbas, sed e Scotia missus legitur, additurque ad annos nonaginta ætatis pervenisse, in monasterio annos 21 egisse, ac demum ejus sepulcrum marmoribus decorasse Luitprandus rex. Denique depositionis ejus dies signatur xiv Kal. Septembris. Epitaphium istud longe accuratius quam Ughellius legit Muratorius, vulgavitque Antiq. med. ævi III, 680.

(a) De illa Beda III, 25, Hist. Eccles.; Bucherius ad Victorini Canonem paschalem, pag. 158 seq.

(b) Male excusum Legienum apud Bucherium in testimoniis de Victorio, p. xxx.

EPISTOLA CUMMIANI HIBERNI

AD SEGIENUM HUENSEM ARBATEM

DE CONTROVERSIA PASCHALI.

(Ex Usserio, Epist. Hibern.)

In nomine divino Dei summi confido.

Dominis sanctis et in Christo venerandis, Segieno abbati Columbæ sancti et cæterorum sanctorum successori, Beccanoque solitario (charo carne et spiritu fratri) cum suis sapientibus, Cummiānus supplex peccator, magnis minibus, apologeticam in Christo salutem.

Verba excusationis meæ in faciem sanctitatis vestræ proferre procaciter non audeo, sed excusatum me habere vos, ut par est, cupio. Testem Deum invocans in animam meam, quod non contemptus vestri gratia, nec fastu moralis sapientiæ, cum cæterorum despectu, solemnitatem festi paschalis cum cæteris sapientibus suscepi. Ego enim primo anno quo cyclos quingentorum triginta duorum annorum a nostris celebrari cœperis est, non suscepi, sed silui: nec laudare, nec vituperare ausus. Ut pote Hebræos, Græcos, Latinos (quas linguas, ut Hieronymus ait, in crucis suæ titulo Christus consecravil), superare minime in scientia me credens: deinde Apostolum interrogans dicentem: *Omnia probate, quod bonum est tenete (I Thess. v, 21)*, antequam gustarem, non fastidivi. Hinc per annum secretus sanctuarium Dei ingressus, hoc est, Scriptu-

Bram sacram, ut valui, involvi; deinde historias, postremo cyclos quos invenire potui. Et inveni primum in Exodo de primo mense esse inquirendum secundum Hebræos. Scriptum est enim: *Mensis iste vobis initium mensium, primus erit in mensibus anni (Exod. xii, 2)*. Et in sequentibus: *Decima die mensis hujus accipiet unusquisque agnum per familias et domos suas, et servabis eum usque ad decimam quartam diem mensis hujus, id est, primi mensis: immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam (Exod. xii, 3, 6)*. Et inveni hoc Apostolum de immolatione Christi, non de resurrectione, commemorasse dicentem: *Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus (I Cor. v, 7)*. Item in Exodo: *Et custodietis diem istum in generationes vestras ritu sempiterno. Primo mense, quarta decima die mensis (Exod. xii, 17)*. In Levitico quoque: *Si quis et mundus est, et in itinere non fuit, et tamen non fecit Pascha, exterminabitur anima illa de populo suo, quia sacrificium Domino non obtulit in tempore suo (Num. ix, 13)*, hoc est, in primo mense. Hoc timui, et inquisivi diligenter quid Hebræi, quid Græci, quid

Latini, quid Ægyptii de hoc tempore servarent et sentirent: quod in sequentibus demonstrabo. Item in Exodo: *Septem diebus comedetis azyma usque ad diem vigeimam primam (Exod. xii, 18)*. Et in tractatibus diligenter investigavi quid sentirent de xxi eruditissimi viri. Quod Hieronymus pulcherrime explanat, dicendo: « Pascha immolat populus, et alias celebrat festivitates. Omnis ejus solemnitas die finitur octavo: prima dies in azymis xiv, dies octava xxi. » Item in libro Quæstionum: « A xiv luna, quæ nobis secundum legem prima est, rationem Paschæ observemus. Omnia enim plena Deus instituit: ideo a xiv luna usque in xxi his vii diebus Pascha nobis celebrare concessum est, ut de his vii aliquis dies a Parasceve usque ad resurrectionem concludantur: ut neque xiii in passione sit, neque xiv aut xii in resurrectione: ne ante primam secundum nos lunam passio Christi sit, neque resurrectio ejus in primo die quo coæptus est mundus. » Hac quæstione 86. Item, 91: « Apostolus, inquit, falli non potuit, qui ait: *Pascha nostrum immolatus est Christus (I Cor. v, 7)*; quod non suum utique, sed legis, est verbum, dicente Moyse: « Et erit, cum dicent vobis filii vestri, « Quæ est deservitio hæc? et dicetis, Immolatio est, « hoc Pascha Domini est (*Exod. xii, 26-27*). » Quid amplius, inquit, necessarium ad testimonium? Lex loquitur, Apostolus probat, hoc dupesit ut contradictor abjiciatur ut perversax. Manifestum est enim transitum post Pascha fuisse. Sanguis igitur salutem præstitit, non transitus: quia ut transitus non noceret, obsistit sanguis. » Hoc timui, et me perculit. Item perscrutans inveni, et Origenem chalcenterum et vere adamantinum dicentem: « Est quidem solemnitas die in mense primo; alia solemnitas Paschæ, alia solemnitas azymorum, licet juncta videatur azymis. Principium namque azymorum ad fidem Pascha conjungitur: Pascha autem ipse solus dies appellatur, in quo agnus occiditur: reliqui vero azymorum septem dies appellantur. Sic enim dicit: *Facies solemnitatem azymorum septem diebus*. » Deinde in Evangelio invenimus. Inveni Dominum meum Jesum Christum dicentem: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar (Luc. xxii, 15)*. Quod Hieronymus explanat: « Finem, inquit, carnali festivitati volens imponere, umbraque transeunte Paschæ reddere veritatem, complens legem, sicut dixit: *Non veni solvere legem, sed adimplere (Math. v, 17)*, hoc est, addere. » Unde ad passionem veniens, Vetusque consummans Testamentum et Novum iuchoans, quinta feria, luna xiv primi mensis (qui est apud Hebræos Nisan, apud Macedones Spantoriacos, apud Ægyptios Parmothi; qui apud Latinos interdum Martii, interdum Aprilis obtinet partem), vespera procedente, *accepto pane gratias egit, benedixit, fregit, dedit discipulis suis, dicens: Hoc est corpus meum; et reliqua (Luc. xxii, 19)*. Item: *Hic est calix Novum Testamentum in sanguine meo (Ibid., 20)*. Mane autem facta, sextæ videlicet ferix, consilium inierunt omnes principes sacerdotum; al-

tera autem die, hoc est sabbato, luna xv, conveniunt principes et munierunt sepulcrum. Una autem sabbati, luna xvi, solutis gentibus inferni, surrexit a mortuis. Post verò dies octavi, luna xliii, venit et stetit in medio discipulorum, ostendit manus et pedes et latus, et dixit: *Pax vobiscum (Joan. xx, 26)*. Die autem xl post resurrectionem, a sexta decima videlicet luna, non a quarta decima, eduxit discipulos suos usque in Bethaniam, et elevans manus suas benedixit eos, et elevatus est in cælum (*Act. ii, 1*). Et cum completur quinquagesimus dies (a resurrectione scilicet in xvi luna, non a passione in xiv), Spiritus sanctus super apostolorum singulos sicut ignis sedit. Unde Orientalis tota Ecclesia tres hebdomadas tribus sacratissimis solemnitatibus Domini nostri Jesu Christi venerabiliter, id est passioni, sepulturæ, resurrectioni deputavit: passioni a xiv in xx, sepulturæ a xv in xxi, resurrectioni a xvi in xxv lunam; septimanam pro reverentia Dominici diei consecrans. Quia si xiv luna resurrectioni deputetur (ut vos facitis), xiii in sepultura et xii in passione præpostero ordine fiet. Hac de re synodus in unum congregatis ob diversitatem successorum apostolorum (dum apostoli undique pressuris, ut legimus, acti et diversis limitibus sparsi ordinare cyclum regulariter nequiverunt), id est sancti Petri clavicularii et sancti Joannis petalici, alterius in circumcisionem, alterius in præputium prædicantis; inveni scriptum excommunicandos et de Ecclesia pellendos et anathematizandos eos qui contra statuta canonica quateræ sedis apostolicæ (Romanæ videlicet, Hierosolymitanæ, Antiochenæ, Alexandrinæ) veniunt, concordantibus his in unitate Paschæ. Nicæna etiam synodus trecentorum decem et octo episcoporum est adjuncta, judicantium de observatione Paschæ antiquum canonem observandum, per quem nulla de reliquo orletur Ecclesiis diversitas, omnibus rite dispositis, et Ecclesiarum pax et fides (inquierunt) in Orientis et Occidentis partibus una atque eadem servaretur. Item Arelatensi synodo sexcentorum episcoporum confirmante primo in loco de observatione Paschæ ut uno die et uno tempore per totum orbem terrarum a nobis conservetur: ut universalis Ecclesia uno ore, juxta Apostolum, honorificet Dominum unum. Unde cavendum est, ut Hieronymus ait, *ne extra unam domum*, contra præceptum legis, id est extra Ecclesiam universalem, agnum typicum comedamus. Ex quo manifestum est (inquit) quod Judæi et hæretici et omnia conventicula dogmatum perversorum, qui agnum in una Ecclesia non comedunt, non eos agni carnes comedere, sed draconis qui datus est, juxta Psalterium, in escam populis Æthiopicibus (*Psal. lxxiii, 14*). Et hoc vereor; sed vos considerate quæ sunt conventicula quæ dixi: utrum Hebræi et Græci et Latini et Ægyptii simul in observatione præcipuarum solemnitatum uniti; an Britonum Scottorumque particula, qui sunt pene extremi, et (ut ita dicam) mentagre orbis terrarum; in hoc mihi judicate. *In quo enim judicaveritis, ju-*

vobis (Matth. vii, 3) : Et in periculo A
 paudet. Vos enim estis capita et oculi
 i ai in errorem per vestram obstinam
 addetis stricto iudici rationem de unius-
 (ta Ezechielem) sanguine animæ (Ezech.
 xxii, 8). Seniores vero nostri, quos in
 relationis habetis, quod optimum in die
 noverunt simpliciter et fideliter, sine
 idictionis ullius animositatis observave-
 posteris sic mandaverunt juxta Aposto-
 is probate, quod bonum est tenete; ab
 mala abstinete vos (I Thess. v, 21, 22).
 ne accidat vobis ut universalis Ecclesie
 nauisem regulam malam speciem fore
 uod absit. Quid plura? Venio ad Aposto-
 iocentem : Fratres, nemo vos seducat in B
 ti, aut neomeniæ, aut sabbatorum quæ sunt
 orum, corpus autem Christi (Coloss. ii,
 nod venerandæ memoriæ sanctus Au-
 chre explanat : « Dies festus, inquit,
 juxta evangelistam Lucam, dicentem :
 hat autem dies festus Azymorum, in qua
 occidi Pascha (Luc. xxii, 2, 7). Pascha
 aritas vivificatur. » Pars autem diei festi
 ia totus dies, in qua seducimur, sed in
 bbato otioso, et neomenia buccinata :
 ubra, non corpus Christi. Umbra occidi-
 s vivificatur. Et hoc, obsecro, diligenter
 mibi ignoscatis, vel me dirigatis, verbis
 eriptis fortioribus et certioribus prolatis,
 llus intelligendum, si habetis; silete, et C
 reticis vocare. Scriptum est enim : *Væ
 erum malum et malum bonum; ponentes
 m, et lucem in tenebras (Isai. v, 20).*
 unus filii, non noctis neque tenebrarum.
 ebetis quod de aliis dicitur : *Mortificanti
 non moriuntur, et vivificant animas quæ
 Ezech. xiii, 19).* Non ergo nos vos odi-
 os veris defendimus. Hieronymus item
 ator, dicens : « Non est alia Romanæ ur-
 , alia totius orbis æstimanda est. Et Gal-
 iæ, Africa, et Persis Oriens et India, et
 baræ nationes unum Christum adorant,
 vant regulam veritatis. Si auctoritas, in-
 tar, orbis major est Urbe. Episcopus Ro-
 alexandriæ (Hieronym., *epist. 85, ad Eua-*
 etc. Et post aliquanta : « Hinc, inquit,
 ita mundi Ariana fremit rabies : hinc in
 scissa et Ecclesia ad se rapere festinat
 in ehorum circa commorantium (Id.,
 ad Damasum). » « Antiqua, inquit, in me-
 oritas. Ego interim clamito : Si quis ca-
 ctu Petri jungatur, meus est ille. Aut ergo
 utur aut omnes (Ibid.). » Angustia mihi
 si ego hoc clamavero cum Hieronymo,
 Scripturarum interprete et omnium hære-
 pugnatore, a vobis impugnor; si non cla-
 re jam non pote-: Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. (Cyprian., *de Unitate Ec-*

mavero, ab universali Ecclesia catholica excommu-
 nicor, cui alligandi solvendique auctoritas a Deo data
 est. His persecutatis, venio ad Cyprianum, totum
 (ut aiunt) sumendum; et invenio illum pene omnium
 de unitate Ecclesie gravissimum, qui ait : Ab uno
 patre et ab una matre in hunc mundum venimus, et
 sic in futurum veniemus. Qui non habet unam ma-
 trem in terra, nec unum patrem habebit in caelo.
 Ideo post confessionem Trinitatis, in qua est Pater
 cum Filio et Spiritu sancto, subsequitur unius matris
 pia confessio, dicens sanctam esse Ecclesiam catho-
 licam. Cur unus Adam fingitur, et una Eva de latere
 tollitur et in mulierem formatur? Nonne, secundum
 Apostolum, *mysterium magnum est in Christo, et in
 Ecclesia (Ephes. v, 32)*? Non est ergo altera Christi
 de latere, sed una est formata. Unde unus est in la-
 tere Christi Jesu lancea militis mysticus locus, de qua
 exiit aqua et sanguis (Joan. xix, 34); quæ duo in si-
 gna unius Ecclesie. Unde una arca servatur in dilu-
 vio, nec altera. « Si potuit evadere quisquam qui
 fuit extra arcam Noe, et qui extra Ecclesiam for-
 ris fuerit evadet (Cyprian., *de Unitate Eccles.*). »
 Unde unum tabernaculum in monte Moysi et ex-
 emplar ostensam est. Unde unus locus est apud
 Deum, in quo Moyses extrema manus supremæ vidit,
 dicente Domino : *Est locus apud me : sta in
 foramine petrae, et posteriora mea videbis (Exod.
 xxxiii, 21-25).* Petra autem erat Christus; poste-
 riora manus, incarnatio; foramen unum, una passio;
 locus unus, una Ecclesia figuraliter intelligi potes.
 Videte quod non videtur dextra Domini nisi in uno
 loco, in una petra, in uno foramine. Una Raab me-
 retricis domus ab incendio Jericho sub coccineo fune
 salvatur (Josue ii, 18-21). Unde unum templum a
 Salomone construitur. *Ecce quam bonum et quam
 jucundum habitare fratres in unum (Psal. cxxxiii, 1).*
 Quæ omnia quomodo de unitate Ecclesie explanati
 sunt, bene (ut credo) meministis. Ilis perterritus ad
 alia me converti, et inveni Augustinum (qui dicitur
 aqua de nubibus) versum de Psalterio explanantem
 hunc : *Per diem sol non uret te, neque luna per no-
 ctem (Psal. cxxi, 6).* Per diem a sole uritur, qui prava
 de Christo sentit; et per noctem luna, qui prava
 de Ecclesia sentit. Unde scriptum est in lege : *Qui
 maledixerit patri aut matri, morte moriatur (Exod.
 xxii, 17; Levit. xx, 9; Matth. xv, 4; Marc. vii, 10).*
 Quid autem pravius sentiri potest de Ecclesia matre,
 quam si dicamus, Roma errat, Hierosolyina errat, An-
 tiochia errat, totus mundus errat; soli tantum Scoti et
 Britones rectum sapiunt. Item Hieronymus : « Moyses
 inquit moriens plangitur; Jesus absque lacrymis in
 monte sepelitur. » In lege morientes, sub decima
 quarta luna Dominum crucifigentes, plangam; sed
 cum Christo resurgentes in Evangelio suscipiam.
 Occurrit mihi item Augustinus sanctus, ubi contra
 totas hæreses sub anathematis titulo disputat, dicens
 tessares cædecaditæ, id est, quartanæ decimæ esse

hæreses eorum qui Pascha decima quarta luna cum A
Judæis faciunt. Item tractans Evangelium, de illis
inquit: « Ex languentibus super piscinam unum Je-
sus elegit quem sanaret, quia quisquis præter unita-
tem fuerit, licet venerit, sanari non potest. » Et hoc
michi horret, nisi me consulatus vestri fida ratio vali-
diori et certiori sententiæ perducatur. Quid plura? Ad
Gregorii papæ, urbis Romæ episcopi (a nobis in
commune suscepti, et oris aurei appellatione donati)
verba me converti; qui etsi post omnes scripsit,
tamen est merito omnibus præferendus; et inveni
illum hunc locum apud Job (*Cap. xxviii, 1*) tractan-
tem; *Auro locus est in quo conflat, etc. (Gregor. Mo-
ral. in Job lib. xviii)*. Aurum est sanctorum massa;
locus conflationis, unitas Ecclesiæ; ignis, tribulatio
martyrii. Qui ergo extra unitatem Ecclesiæ uritur, B
conflari potest, purgari non potest. Unde et Paulus ait:
*Si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem au-
tem non habeam, nihil mihi prodest*, et reliqua (*I Cor.
xiii, 3*). Item ad eundem sensum interpretantem et hunc
versum alio loco inveni: *Esto mihi in Deum protecto-
rem, et in locum munitum, ut salvum me facias (Psal.
xxxii, 5)*. Nec in cælo angelis, nec in terra hominibus
locum munitum, id est, tuum invenit, nisi humi-
lem unitatem; quem archangelus amisit et nunc dia-
bolus est, et quem homo imitatus, illum amisit, et
nunc mortuus est. Et hoc timeo: vos considerate
compacienter, fratres, si merito est, an ignavia.

Postremo ad cyclorum computationem diversorum
quid unaquæque lingua de cursu solis et lunæ sentiret,
conversus totus, licet diverse alium in die, alium in luna,
alium in mense, alium in bissexto, alium in epacta, a-
lium in augmento lunari (quod vos saltum dicitis), inveni
cycli contra hunc quem vos tenetis esse contrarios.
Primum illum quem sanctus Patricius papa noster tulit
et fecit; in quo luna a decima quarta usque in vigesima
prima regulariter, et æquinocium a xii Kalend.
April. observatur. Secundo Anatolium, quem vos
extollitis quidem a ad veram Paschæ rationem nun-
quam pervenire eos qui cyclum lxxxiiii annorum
observant. Tertio Theophilum. Quarto Dionysium.
Quinto Cyrillum. Sexto Morinum. Septimo Augusti-
num. Octavo Victorium. Nono Pacominum monachum
Ægypti cœnobiorum fundatorem; cui ab angelo
ratio Paschæ dictata est. Decimo trecentorum decem
et octo episcoporum decennovennalem cyclum (qui
Græce emeaceddeciterida dicitur) in quo Kalend. Ja-
nuarii lunæque ejusdem diei et initia primi mensis
ipsiusque decimæ quartæ lunæ recto jure ac si quod-
dam clarissimo tramite, ignorantia relicta tenebris,
studiosis quibusque cunctis temporibus sunt adno-
tata, quibus paschalis solemnitas probabiliter inveni-
ri potest. Hunc inveni valde huic (cujus auctorem,
locum, tempus incertum habemus) esse contrarium
in Kalendis, in bissexto, in epacta, in decima quar-

^a Desideratur hic aliquid, de quo videnda Wilfridi disputatio apud Bedam, lib. iii Histor. ecclesiast. cap. 25, et Aldelmi, inter epistolas Bonifacii, Edit. Mogunt. an 1605, pag. 59.

^b Ex lacina epistolæ Cyrilli ad synodum, Cartha-

ta luna, in primo mense, in æquinocio. « Scrutami-
nique, ut Cyrillus ^b ait, quod ordinavit synodus Ni-
cæna lunas quartas decimas omnium annorum per
decennovennalem cyclum (quem Victorius per vice-
simas et octavas vices cum Kalendis xxxiii, et
bissextis cxxxiii, in id ipsum unde ortus est redi-
re fecit), ut non fallamur in luna primi mensis; et
celebremus Pascha in sequenti Dominico, et non fa-
ciamus in luna decima quarta cum Judæis et hære-
ticis qui dieuntur Tessaresdecaditæ. Et constitu-
tum est, inquit, in omnibus synodis, præter synodum
Gangrensem et Cæsariensem, ut non faceret ulla
Ecclesia vel civitas, et omnis regio contraria his que
statuta sunt de Pascha in Nicæno concilio. Et si non
scripsisset synodus Nicæna cyclum lunarem primi
mensis, sufficeret cyclus ^c lapidis selenitis in Perside
ad exemplum rationis paschalis; cujus candor inte-
rior cum luna primi mensis crescit et decrescit. »
Ut non faciamus communem de embolismo et embol-
ismum de commune, id est, brevem annum lunarem
xii mensium de longo, id est xiiii, in quo aborti-
vam lunam fallaciter celebratis. Ut in primo mense
in unitate Ecclesiæ verum agnum veri Israelitæ im-
maculatum immaculati in una domo, sicut præcep-
tum est (*Exod. xii, 46*) comedamus. In quo mense
eduxit Cain Abel justum in campum ut occideret
eum, in typo Christi educti in prætorium Pilati in
sexta feria. Quia in eadem die conceptus creditur in
utero, et mortuus est in cruce; dum in sexta feria
mortuus est Adam in anima pro peccato in paradiso
et in eadem die obiit in corpore.

Hæc probate, si vultis; si non, renuntiate catholicis
testimoniis: si nec utrumque, utrique hoc dicamus.
*Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,
ut referat unusquisque propria corporis (II Cor. v, 10)*.
Et non judicemus ante tempus, donec veniat qui illu-
minabit occulta tenebrarum, et manifestabit consilia
cordium (*I Cor. iv, 5*). Et: *Nolite judicare, ut non
judicemini; in quo enim iudicio iudicaveritis, iudica-
bitur de vobis (Matth. vii, 1, 2)*. Et: *Quid iudicatis alie-
num servum? Domino suo stat aut cadit (Rom. xiv, 4)*.
Onus est vobis, ut video, quod dico, onus est et mihi
quod dicitis, nisi verbis Scripturæ sanctæ probaveri-
tis. Quæ ergo nostra invicem portemus; et sic adim-
plebimus legem Christi (*Galat. vi, 2*). Si enim alter alte-
rius percutiamus infirmam conscientiam (*I Cor. vii,
11*), in Christo peccamus. Si sanum sapiamus, vobis
sapimus; si mente excidimus, Deo (*II Cor. v, 15*); si
vivimus, Domino vivimus; si morimur, Domino mori-
mur, quia Domini sumus (*Rom. xiv, 8*). Obsecra-
mus vos pro Christo, ut non nobis impropereis cum
matre nostra, quia omnis soboles suæ matris speciem
imitatur. Unde accipimus spiritum, inde speramus;
loquacitatem nostram vestra fiducia præstat.

Anno igitur (ut prædixi) emensum, juxta Deteruo-
giniensem inepte assuta, de qua consulendas fetu-
vius, *Doctrinæ temporum*, tom. I, pag. 22, et tom.
II, pag. 893, 894.

^c Vide Damascium in Vita Isidori, apud Photium,
pag. 568, 569, edit. G. xcc.

uion (*Deut. xxxii, 7*), interrogavi patres meos ut annuntiarent mihi, majores meos ut dicerent mihi (successores videlicet nostrorum patrum priorum, Ailbeiepiscope, Querni Coloniensis, Bredini, Nessani, Lugidi), quid sentirent de excommunicatione nostra, a supradictis sedibus apostolicis facta. At illi, congregati in unum, alius per se, alius per legatum suum vice sua missum, in campo Lene sanxerunt, et dixerunt: « Decessores nostri mandaverunt per idoneos testes, alios viventes, alios in pace dormientes, ut meliora et potiora probata a fonte baptismi nostri et sapientiæ et successoribus apostolorum Domini delata sine scrupulo humiliter sumeremus. » Post in commune surrexerunt, et super hoc orationem (ut moris est) nobis celebraverunt, ut Pascha cum universali Ecclesia in futuro anno celebrarent. Sed non post multum-surrexit quidam paries dealbatus, traditionem seniorum servare se simulans, qui utraque non fecit unum, sed divisit, et irritum ex parte fecit quod promissum est, quem Dominus (ut spero) percutiet quoquo modo voluerit. Deinde visum est senioribus nostris, juxta mandatum, ut si diversitas orbata fuerit inter causam, et variaverit iudicium inter lepram et non lepram, irent ad locum quem elegit Dominus (*Deut. xvii, 8*); ut si causæ fuerint majores, juxta decretum synodicum, ad caput urbium sint referendæ. Misimus quos novimus sapientes et humiles esse, velut natos ad matrem. Et prosperum iter in voluntate Dei habentes, et ad Romam urbem aliqui ex eis venientes, tertio anno ad nos usque pervenerunt. Et sic omnia viderunt sicut audierunt, sed et valde certiora, utpote visa quam audita, invenerant. Et in uno hospicio cum Græco, et Hebræo,

A Serytha, et Ægyptiaco, in ecclesia sancti Petri sinitul in Pascha (in quo mense integro disjuncti sumus) fuerunt; et ante sancta sic testati sunt nobis, dicentes: « Per totum orbem terrarum hoc Pascha, ut scimus, celebratur. » Et nos in reliquiis sanctorum martyrum, et scripturis quas attulerunt, probavimus inesse virtutem Dei. Vidimus oculis nostris puellam cæcam omnino ad has reliquias oculos aperientem, et paralyticum ambulantiem, et multa dæmonia ejecta.

B Hæc dixi, non ut vos impugnarem, sed ut me ut nycitoracem in domicilio latitantem defenderem. Sed si quid forte impolitum vel vitiosum per immunda labia dixi, biclpi labii vestri foreipe per igniferum Isaianum altaris Dei carbonem tangite (*Isai. vi, 6*), et præputium inculti logii bifaris ter quaternis cultris Ben-Nun quinque denis digitulis humatis cum plebis præcidite prioris præputiis (*Josue v, 3*). Nefas est enim errata tua non agnoscere, et prolata certiora non approbare. Hæreticorum est proprie sententiam suam non corrigere, malle perversam quam mutare defensam. *Scienti etenim bonum facere, et non facienti, peccatum est illi (Jac. iv, 17)*. Peccati vero stipendium mors est (*Rom. vi, 23*); a qua nos divina Majestas, et simplex Trinitas, et multiplex apex (subtus quem nihil est, intra quem nihil est, citra quem nihil, ultra quem nihil, supra quem nihil, sustinens omnia sine labore, penetrans omnia sine extenuatione, circumdans omnia sine extensione, superans omnia sine inquietudine), liberare dignetur.

C Amen, amen.

Grandis labor est prudentiæ.

LIBER DE MENSURA PŒNITENTIARUM.

BENEVOLO LECTORI COLLECTOR.

[Biblioth. Patrum Labb.].

Subscriptum, benigne lector, de pœnitentiariarum mensura tractatum sub nomine Cumeani abbatis in Scotia, nempe Veteri, seu Hibernia, orti, transumpsi ex pervetusto, sed mendoso ms. Codice bibliothecæ San-Gallensis (in quo una habetur Vita Georgii martyris) eique præmittitur præfatiuncula sancti Columbanii ad eundem argumenti opusculum a se compositum, quod supra habes (a), huic simillimum, cum quo nimirum in stylo plerumque et ordine, ac nonnunquam etiam sub eodem tenore verborum in doctrina concordat. Sed cum varii hujus nominis exstiterint etiam abbates, non est tam facile hujus opusculi auctorem invenire. Kalendaria et Menologia Hibernica meminerunt ad 12 Februarii Cumeani abbatis Glinnemonensis; 24 Februarii Cumeani abbatis Hiensis; ad 24 Septembris, Cumeani abbatis Drummochtensis, et postremo ad 17 Septembris Cumeani abbatis Benchorensis, et aliquot aliorum diebus alii; e quibus Hiensis a veteribus tum Martyrologis, tum scriptoribus aliis Sapientis elogio dignatus, et anno Christi 634 gravi eruditaque epistola, apud Jacobum Usserium in Sylloge veterum epistolarum

Hibernicarum exstante, prædecessorem suum Saggienum, cæternique Hiensium monachorum cœtum dehortatus est a more celebrandi paschalem solemnitatem luna 14. Qui mos in hoc quoque opusculo, et non solum fortasse, Quartadecimanorum reprobat; supponendus videtur auctor hujus tractatus, donec aliunde res notior fiat. Cæterum quisquis fuerit, ex antiquorum Patrum auctoritate et consensu plura deprompsit de modo et mensura pœnitentiariarum documenta.

Illud ad præsens videtur observandum, ea quæ circa præceptum illud Act. xv de suffocatis non edendis habet, non esse a Scripturæ veritate, et sacris canonibus aliena; nam licet Irenæus (*lib. iii, c. 12*), Tertullianus (*De Pud. c. 12*), Cyprianus ad Quirinum (*lib. iii, fin.*), Pacianus (*de Pœnit. et Confess.*), Ambrosius (*in. Epist. ad Galat. c. 12*), Augustinus contra Faust. (*lib. xxxii, c. 15*), copiosius a Baronio relati ad annum Christi 51, num. 17, tria duntaxat illo præcepto prohibita esse credentes, existiment illud de suffocato non edendo non esse de textu, sed adjectum ab aliquibus Scripturam